

V C
4894

5

K. 3,7.



Ad
SERENISSIMUM PRINCIPEM,
JOHANNEM
GEORGII II.
D. G.
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ MONTIUMQ; DUCEM: S. R. IMPERII PRÆ-
FECTUM PRÆTORIO ET ELECTOREM,
SUPER PARENTIS SERENISSIMI,
Divi **JOHANNIS**
GEORGII
PRIMI, ELECTORIS, EXITU,
ET
Novi PRINCIPATUS AUSPICIIS,
ALLOQVIVM
AUGUSTI BUCHNERI P.P.
ET SENIORIS ACAD. WITTENB.



WITTEB. Ex Officina JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr. 1656.



DA. I

5.6.3

БА
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
МЕДИАНОВ
ИМПЕРИАЛЬНАЯ
БИБЛИОТЕКА

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
ИМПЕРИАЛЬНАЯ
БИБЛИОТЕКА
ДИАВОЛЫ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
ИМПЕРИАЛЬНАЯ
БИБЛИОТЕКА

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
ИМПЕРИАЛЬНАЯ
БИБЛИОТЕКА



САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
ИМПЕРИАЛЬНАЯ
БИБЛИОТЕКА

Pon Vc 4894, FK

АУТЕР 2 ОГЛЮ ЙОАННІС РОНІЕРІ Адг Тілбогт 1824





SERENISSIME PRINCEPS
ELECTOR,
CLEMENTISSIME
DOMINE,

Emo nostrum, quam
late Saxones tui ac Mysi, & cæteræ
TIBI subjectæ gentes colunt, tam
fortunatus ac felix, tam constans
etiam aut durus, vel secors denique
ideo est, qui super INCOMPA-
RABILIS PARENTIS TUI, Principis maximi, exitu
non acerbissimè doleat: nec quisquam rursus tam
gravi mœrore dejectus ad terram insolabiliter luget,
qui non in tuæ successionis omne erigat se, & spe
uberrimâ hunc casum infelicissimum levet. Quic-
quid in Patre amissimus nuper, & nunc lugemus ere-
ptum, id omne recipiendum in TE, non tam promittis
nobis, DOMINE, quam exhibes statim, imago pa-
ternarum virtutum absolutissima. Neque enim
possessionem illarum auspicaris nunc demum, ut cæ-
terorum bonorum summæ fortunæ; exstitisti jam
ante, idq; ex asse & solido, hæres. quippe quas ipso cum
ungvine statim transfudit PATER in TE, & mox ex-
sq; A 2 emplo

emplo prolicuit, atque in justum habitum finxit, promovit, roboravit. Illa acerrima indoles, illa divina & nunquam fallens memoria, illa judicij incredibilis vis ac liberatissima ratio, æque in TE, & ad miraculum, eminet; quæque Heroum laus propria est, & itaque PATRIS etiam fuit, usque adeo TIBI magnitudo animi non deest, ut inter cæteras tuas dotes vel splendidissimè emicet ac gliscat. Tuendæ religionis, custodientæ æquitatis, servandæ quietis ac securitatis publicæ inæstimabilis cura perpetuaq; in PATER fuit. Non provocabat bella, non timebat: cumq; inciderent, & fortiter, & ita gerebat, ut nunquam non pacem, vel inter concitatissimas præliorum procellas, respiceret. Quæ ubi non caussa bellorum ac finis ponitur, ambitionis, furoris, impietatis instrumenta arma evadunt. Quam intumescere vitijs, tam idem favere solebat virtutibus: cumque ad omnia, quæ male siebant ac perperam haud conniveret temere; non tamen severitatem omnibus, quibusdam & lenitatem commodabat; nec vindicandi nimius, & veniæ promptus, quæ emendandi fiduciam daret. Quas maximas res, ut nondum expresseris quam illustrissime haec tenus; sic adumbrasti tamen, ut nihil ad summam, quam ultima manus, videatur restare. Neque enim non expressisti, quod caussæ deficerent; sed quia materia atque occasio deerat, nondum producتو in illud theatrum, ubi MAXIMI PATRIS suscipere debebas & representare personam. Scio gravari moderationem ac verecundiam tuam, PISSIME PRINCIPIUM, cum prædicto talia, similitudinem parentis maximi ostendens in TE; & nondum de cana illa totq; annorum

expe-

experimentis munita ex omni parte prudentia PATRIS; nondum de summâ illâ ac singulari auctoritate, quam ei hinc capitis honor & sacro sancta illa canicies, hinc meritorum, quæ nemo unquam capiebat, excellens, partaque tot gestis maximis rebus inusitata gloria circumdederat, commemoravi. Quem principalis laudis apicem si nondum tenes, tenuisti tamen quam proximus es? mox enisurus in summum illud, quod longè lateq; TE Principem maximum ostentet terris. Id agis ætatis, cum valet animus maximè, & sibi constat, & inter juventutis æstus ac senectutis frigora medius, beneque compositus, & providet optimè, & saluberrimè cavit. Tot visa tibi, totque audita hactenus, quas induerunt disciplinas tuæ per se solertissimæ ac sapientissimæ menti? Quanta TE longum illud ac diuturnum contubernium PATRIS docuit? Quam abundantissime in casus omnes ac rationes consilia tua idem instruxit? Si documenta nulla haberes abs TE, haberes PATRIS: quamquam, quæ PATRIS fuerunt, & TUA dixerim; quæ observando ac seponendo fecisti TUA, perpetuus consiliorum & actuum PATRIS adjutor aut testis? Quæ omnia ut intra limen ac velum quasi suam hactenus continuerint vim; sic tegi tamen haud potuerunt, ut non erumperent in famam, & quam opinionem TIBI, quam reverentiam, quæ regum principumque maximorum contraherent studia? Habet hoc proprium fortuna magna, latere non potest. Multa perpetuo ipsam ambit lux, quæ nihil in ea obscurum patitur ac rectum: erumpunt omnia, advertunt omnes: simulque in admirationem rapiunt animos, & venerantur.

B

tione

cop



tione eosdem implent. Jam adolescens filius, tanta
indolis, tanti ingenij, tantorum sensuum in hac non
magna ætate Princeps, quod ad auctoritatem robur,
quod pondus addit? Non legiones ac opes, & his simi-
lia alia verendostantum ac magnos principes faciunt;
liberi etiam præstant: tutissimaque maiestas principis
est hærede suo innixi. Neque enim contemnitur
facile, qui successorem sibi vindicemque ostentat.
Dum loquor ista, dum locuturus plura sum, obruor
illico lacrimis. Quæ corriventur in unum licet, di-
versistamen fontibus manant. Alias Parentis erupti
dolor, alias gratulationis exprimit impetus, quæ FILIO
debetur. Nimirum & læta suæ lacrimas habent,
cùm vehementius incumbunt, & ardens affectu ani-
mus, ac sibi cedens, in oculorum hos imbreces veluti li-
quescit. Quid faciam in ista dissidentium affectuum
pugna? Bene habet: temperamentum inveniam.
Cùm revocare ademta bona humanæ opis non sit;
prudentis de cætero injicere manum præsentibus;
partitis pietatis officijs, hinc religiosè ac sanctè vene-
rabor semper ac eolam Divini PARENTIS memori-
am; hinc FILII maximi sequar auspicia, & adoraturus
nunc primum, ex longinquo licebit, illius fasces vaca-
bo faustis ominibus ac votis: precatus à Deo, & quæ
me decet optare, & ferre illum, salus imperij est. Salve
igitur, JOHANNES GEORGI SECUNDE! Salve
inquam, & Vive, OPTIME PRINCIPUM! Salve
idem & MAXIME: Salve idem & PATRIÆ PATER!
Neque enim non nunc accipies quoque hoc nomen.
Fuisti, ante quam fieres. Fuisti in votis, fuisti in animis
nostris atque judicijs: imò in tuo etiam animo, nam
ANON
quos

quos fortuna natalium cives dederat; hos TIBI affectus liberos reddit. Quicquid felices nos facere potest, tecum est: quid restat felices ut simus? VELLE. Voles autem, quia OPTIMUS. Voles autem, quia MAXIMUS & potes. Voles autem, quia ut PATER tuis amas. Nemo bonus non curat tuereturq; quod suum est: Pastor gregem: Pater familiās domum: quare & subditos suos PRINCEPS BONUS. Facies DOMINE, & semper facies. Semper enim magni & graves animi sibi incumbunt. Salve iterum, & dura longissimè, DECLIS PRINCIPUM! Nobis ac Patriæ, fortunatissimo Imperio; fama & gloria rerum gestarum, TIBI IPSE superstes! Quem adolescentem filium vides, hunc juvenem olim, hunc Virum videas; grandævus ipse; sed fortis ac hilaris: nec minor hic annis succedat TIBI, quam TU imperium PATRIS excipis. Quem TE exhibuisti piissimo PATRI, ipse piissimus FILIUS, cum se ILLE TIBI perpetuò probet. Hic impletat regulam, cuius dedisti exemplum ingens. Princeps eras; & pene agebas privatus: in summa potentia natus eductusque eras, nec usurpabas: imperij capax non affectabas imperium.. Quem Patrem amando, parendo dominum demonstrabas. Tribuat, tribuat DEUS pietati tuæ dignam vicem: reddatque abunde in liberis, quod PATRI FILIUS, sine exemplo dedisti. Bene imperabit, qui paruit bene: optimè reget, qui diu paruit: dignus imperio omnium est, quisui ipsius Dominus potuit esse. Summe, æterne, immortalis DEUS, qui tenes imperio omnia, sapientia regis, imples ac sustines Numine, audi hæc vo-

ta, audi hæc desideria nostra: audi, inquam, & perfice bonus, quæ nunc precamur, & semper deinceps precabimur... Tuere PRINCIPEM nostrum, ut consulat nobis: tuere DOMINUM nostrum, ut protegat nos: tuere communem omnium PATREM, ut foveat omnes. Tu rege consilia ejus, ut nunquam aberrent: tu actionibus ejus interveni, ut felicissime semper exeat: tu ipsos successus confirmia, auge, provehe, ut læta prosperaque eorum certa, stabilia, perpetua sint, neque nos recreent tantum, sed natos etiam nostros, & omnem illorum posteritatem extuli-
larent, beent. PIUS imperet! JUSTUS imperet!
FELIX imperet! Et dum hoc præstat, nos ipsos pi-
os, nos ipsos justos, nos ipsos felices efficiat.

Beatum Principem his subditis! Beatos
subditos Principe
tali!





Durchlauchtigster, Hoch- geborner Thurfürst,

Gnädigster Herr,



Iemand in diesen Landen
und Thurfürstenthumb wird so
glückselig gefunden werden/ nie-
mand so herzhafft oder hart / wie
auch so kaltsumma und trāg / der
über dem Todesfall E. Thurst.
Durchl. unvergleichlichen Herrn
Vaters nicht herzlich weine und
traure / Hinwiederumb wird nie-
mand ob solchen betrübnüs so gar
zur erden sincken/ und trostlos liegen / der nicht in guter
erwegung des künftigen / und reicher hoffnung ob E.
Thurfürstl. Durchl. nachfolg sich wieder aufrichten/ und
diesen unglückseligen fall Ihme nicht wenig erleichtern
solte. Was / Gnädigster Herr/ an dero höchstsehligsten
Herren Vater wir unlängst verlohren / und amoch be-
weinen / dessen allen erstattung leistet E. Thurst. Durchl.
uns vielmehr strack s jecto / als vertröset uns künftig
drauff / indem Sie ein vollkommenes Ebenbild der Vä-
terlichen Eugenden uns vorstellt. Welcher Erbschafft Sie
nicht nur neulich / gleich wie der Thurfürstlichen Hoheit
und Landes Fürstlichen gewalt / antriet : Sie hatt sie
G längst

längst schon besessen / und mit dem Väterlichen Geblüthe
strack's an sich gezogen / die nachmals durch daß Väter-
liche Exempel hervor gelocket / woleingericht / und in
ein beständiges Wesen gesetzet worden seyn. Die auff-
geweckete Huertigkeit / der schwinde Verstand / das über-
menschliche / und keines fehler fast überführte / Gedächt-
niß / das über alle mas reisses und stets wo labgewogenes
Urtheil / Dero Herrn Vaters / schauen in E. Churfl.
Durchl. mit ebemessiger Verwunderung wir jeho an.
So mangelt es Deroselben auch an Grossmuthigkeit /
(welches Lob eigentlich grossen Helden zustehet / und dem-
nach / bey dero Herren Vatern nicht weniger zu finden ge-
wesen) so gar nicht / das neben andern hohen Gaben Eie
trefflich hervor leuchtet und scheinet. Nicht wol ist zube-
schreiben / was E. Churfl. Durchl. Höchstehliast Herr
Vater / für grosse und stete Sorge / die wahre Religion
zuerhalten / Recht und Gerechtigkeit zu Hand haben / die
gemeine Ruhe und Sicherheit zu bewahren / getragen ha-
be. Es hienge derselbige nicht den Kriegen nach / schwete
doch auch sich für denselbigen nicht / und als Er darin ver-
wickelt wurde / führte Er sie mit gleicher Weisheit und
Stärcke. Er sahe alle Zeit wie aller unruhe gesteuert
werden möchte / mitten unter dem häftigsten Getümmel
der Waffen / suchte Er Friede. Und wo derselbige nicht
zum Zwecke und Ziehl des Krieges gesetzt wird / so wer-
den die Waffen also balden in Werkzeuge eitelen ehrgei-
hes / grimmigen wüthens / und aller Gottlosigkeit ver-
wandelt. So auffsehig er allen Lastern war / so gnädig
war Er hingegen denen Tugenden behgethan : und ob
zwar Er keinen unfertigen wesen leicht nachsah / so andtet
Er alles doch nicht mit gleicher schärffe. An vielen liesse Er
seinen vollen Ernst / bey andern auch seine Mildigkeit
sehen. Er ware nicht so straffsüchtig und hart / daß Er
nicht einen weg auch zu seiner Gnade offen lassen sollte / im
Fall nur einige besserung zuhoffen were. Ob nun zwar
E. Churfl.

E. Churfl. Durchl. dieses bisher so klar und ausdrücklich
nicht vorgestellt / so hat Sie doch solches dermassen ent-
worfen / das nur die letzte Hand anzulegen übrig / so dieses
herliche Contersen / also zureden / aufzumahlen möchte.
Dann das Sie nicht alles so vollkommenlich von sich ge-
ben / ist nicht deswegen geschehen / daß es Derselben an
Bemögen / sondern an Zug und Gelegenheit ermangelt /
alsß welche denjenigen Schwanz noch nicht betreten / da
Dero grossen Herrn Vaters Person Sie über sich neh-
men und darstellen sollte. Ich trage unterthänigste Bey-
sorg / es werde E. Churfl. Durchl. in einige erröttung / ob
dieser meiner erzählung / gerathen / in dem zu erweisen / wie
dero höchstseligsten Herrn Vater / Sie aller dings gleich
sey / ich mich bemühe / da doch von dessen durch lange er-
fahrung so vieler Jahre wohlgegrundeten Weisheit / In-
gleichen dem hohen und sonderlich grossen ansehen / so
Ihm zum Theil Sein Hochgeehrtestes graues Haubt /
theils die vortrefflichen dem Vaterlande erwiesene Dien-
ste / so niemand zur gnüge ermessen kann / Wie auch die
durch so vielfältige grosse und heilsame verrichtung erlan-
geten Ehre / ich noch zur Zeit keine meldung gethan. Die-
sen höchsten Grad des Fürstlichen Lobs im fall je E. Churfl.
Durchl. noch nicht vollkommenlich erstiegen / So ist Sie
dannoch am nächsten darben / und wird sich bald uff selbi-
gen auch dermassen sehen lassen / daß Sie zur gnüge erwei-
sen möge / wie Sie auch dieses falls dero grossen Herrn
Vater nicht unähnlich sey. Sie ist von selbigen Jahren /
da unser Gemüth an meisten vermag / und zwischen der
hitze der Jugend und Fälte des Alters woleingericht / zum
heilsamsten ratzen / und zum behutsamsten gehen kann.
Was hat für treffliche beispiel und unterricht / E.
Churfl. Durchl. ohne des fähiger und weiser Natur daß
jemige beibringen und eindrucken können / Was Sie bis-
hero so vielfältig gesehen und angehört ? Was hat Dero-
selben das stete und lange bey-seyn Dero Hochgeehrtesten Herrn

G ii

Herrn

he
er-
in
iss-
er-
ht-
res
rl.
att.
it /
em-
ge-
Sie
ube-
Herr
non
die
i ha-
vete
ver-
und
uret
mel
nicht
wer-
rgei-
ver-
ädig
nd ob
ndtet
se Er
gkeit
s Er
re / im
zwar
hurfl.

Herrn Vaters gefruchtet? Wie hat es Dieselbe auff alle
begebnis und falle/ so überschwenglich aufrüsten kön-
nen? Hette gleich E. Churfl. Durchl. keine Erfahrung
für sich/ so hette Sie doch dero Herrn Vaters. Wiewol
Sie dieselben durch fleissige auff- und anmerckung/ Ihr
eigen gemacht/ als Welche so eine geraume Zeit/ ein
stater Beystand und Zeuge aller Rathschläge und Ver-
richtunge Dero Durchlauchtigsten Herrn Vaters
gewesen. Wiewol nu dieses alles inner Dero Ga-
binet und Hoffstatt zuforderst sich sehen lassen/ so hat es
doch nicht so in der enge gehalten werden können/ das es
in offenen ruff nicht aufgebrochen were/ und nicht allein
bey männlichen tressliche gedancken von dero hohen
Person/ und grosses zurück sehen uff Selbige erweckt/
sondern auch mächtiger Könige und Potentaten Freind-
schaft nach sich gezogen hätte. Was kann hierüber diesem
tresslichen ansehen E. Churfl. Durchl. dero anblühender
Churprinz/ ein Herr von grossen Gaben/ von so nach-
dencklichen Reden und hohen Gedancken/ bey diesen sei-
nen nicht hohen alter/ und kaum angehender Jugend/
für Kräfte und Nachdruck verheissen? Nicht grosse
Schäze und Waffen machen einen Potentaten alleine
gesehen und groß: Fürstliche Kinder thun es nicht weni-
ger. Fester ist eines Fürsten Stadt/ der sich uff seine Er-
ben lehnen/ und wenn man Ihme zu nahe treten will/
seinen Nachfolger und Rächer darweisen kann. In
dem Ich dieß rede/ und noch mehr reden will/ werde Ich
heufig mit Thränen besassen. Sie rinnen zwar unter
einander zusammen in eins/ jedennoch fliessen sie aus un-
terschiedenen Quellen hervor. Etliche drücket das schwe-
re betrübnis ob dem hochfläglichen Todesfall des Her-
ren Vaters heraus/ und andere die grosse Begierd/ dem
Herrn Sohne in schuldigster Pflicht der nachfolge hal-
ben unterthänigst Glück zu wünschen. Gewißlich fin-
den sich bey der Freude auch Thränen/ wenn Sie groß ist/
und

und das Gemüthe darvon entzündet/ gleichsam zerschmel-
zet und flüssend wird. Was thue Ich/ Gnädigster Herr/
unter diesem gefecht meiner wieder einander lauffenden
gedancken? Ich will dies mittel ergreissen / Weill die er-
langung des diesfalls verlohrenen güttes keines Men-
schen werck/ Dem gegenwärtigen glücke aber die Hand zu
bieten/einem vernünftigen beykommt/ So will Ich mei-
ne schuldigkeit also theilen/ und eines ortes des Göttlichen
Vaters Gedächtniß stets heilighalten/ Zur andern seiten
des grossen Sohnes gewalt und befehle gehorsamst
folgen/anjezo aber für Selbigen in unterthänigster Glück-
wünschung mich demütigen/ und von dem Höchsten alles
das bitten/ was Ich zu wünschen schuldig bin/ auch so es
erhalten wird/ des Vaterlands Heyll und Sehligkeit ist.
Wol sey demnach E. Durchl. O Güttigster Fürst! Wol
sey E. Durchl. O Grosser und Mächtiger Herr! Wol sey
Euch/ Ihr Vater des Vaterlands! E. Churfl. Durchl.
wird dieser Nahme neben denen andern billich gegeben:
Sie ist es gewesen/ ehe Sie es worden ist. Sie ist es gewe-
sen/in unsern Gebeth/ in unsern Gemüthe/ in Dero eige-
nen auch. In dem Sie diejenigen/ welche die Hohheit
Dero Geburt Ihr unterwürflich gemacht/ der o Hulde und
Ehre nach als Kinder - holt. Was uns glückselig
machen kann/ das alles wohnet E. Churfl. Durchl. ben.
Das wir es werden/ ruhet auf Deroselben gnädigstest
wollen. Wie sollte Sie aber nicht wollen/ welche so güt-
ig ist? Wie sollt Sie nicht wollen/ die zugleich Mäch-
tig/ und demnach zu werke richten kann/ was Sie ge-
willst? Wie sollt Sie nicht wollen/ die Väterliche liebt?
Kein Biedermann schläget das Seine in Wind/ Er nimmt
es in stete und fleissige Obacht: der Hirt seine Herde/
der Haßvater Kind und Gesind: und also ein frommer
Fürst seine Untertanen. E. Churfl. Durchl. werden es
thun/ Sie werden gewiß und beharrliches thun. Damit
große und wüchtige Gemüther legen nicht leichtlich ab/
was

D

was

was Sie einmal loblich begonnen. Wol (wünsche ich nochmals unterthänigst) Wol sey E. Churfl. Durchl. Gnädigster Herr/Sie lebe lange Zeit bey allen Churfürstlichen Wolstande/ dem Vaterland zu nutze und trost/ Ihr selbsten aber zu unsterblichen ruhm. Es sehe Dieselbe dero Herzvielgeliebste Gemahlin bey allem höchsterwünscheten wollergeben stets frölich und unbetrübt an/ sie sehe ebener massen dero Churfürstliche Kinder in voller Ziehr/ Zu förderst sehe Sie dero Vielgeliebtesten Churprinzen/ nicht nur/ wie jezo/ einen Jüngling/ sondern auch Mannberen Helden/ Sie selbst zwar von hohen Alter/ doch frölich und Starck. Es müsse derselbe nicht jünger folgen/ als Sie das Väterliche Regiment selbst angertreten hat. Wesen E. Churfl. Durchl. sich gegen Dero Herrn Vater so viel Jahr über bezeuget haben/ dessen bezeugte gegen Dieselbe Dero Durchlauchtigster Herr Sohn sich alle Zeit auch/ und lebe der Regul nach/ derer trefflichstes Exempel E. Churfl. Durchl. Sich selbsten vorstellt. Sie ware ein Fürst/ und erkandte den Herrn Vater doch allezeit über sich. Sie hatte Standes und Ankunfft wegen grosse Gewalt/ und missbrauchete doch derselben Sich nicht. Sie ware fähig des Regiments/ und massete doch sich dessen nicht an. Sie erwiese Dero Herrn Vater kindliche Liebe/ und eben Demselben zugleich/ als Dero Herrn/ schuldigen gehorsam. Gewisslich/ gewisslich wird diese Treue der Höchste überschwänglich belohnen/ und E. Churfl. Durchl an Dero vielgeliebtesten Herrn Sohne reichlich Erleben lassen/ was Dero Herrn Vater Sie bisherero fast ohne exempl erwiesen haben. Wol wird befehlen/ der wol gehorsamer: Wol wird Regieren/ der wol und lange gehorchet hatt. Was ist derjenige zubeherschen nicht würdig/ der selbsten zu förderst seyn Beherscher worden ist? Du Höchster/ Du Ewiger/ Du Unsterblicher Gott/ der du alles durch deine Gewalt besitzest/ alles durch deine Weisheit regierest/ da hilf mir zahn mich von diesem Sarghause aus/ best/ das

rest / durch deine Götliche Macht alles erfüllst und er-
helfst / erhöre diesen meinen wunsch / erhöre dieses mein fle-
hen / gewehre uns was wir jetzt allerseits bitten / und stets
hinfürō bitten werden / Beschirme unseren Fürsten / daß Er
uns rathe / beschirme unsern Gnädigsten Herrn / daß Er
uns schütze / beschirme unser allen Vater / daß Er uns al-
len wol thue. Regiere dessen Rathschläge / daß Sie
nicht fehlen : Wohne dessen Verrichtungen und Angele-
genheiten bey / daß Sie gewünschter massen stets auf-
schlagen: Dero erfreulichen und glücklichen Fortgang auch
bestetige / vermehre / und erweitere täglich dermassen / das
selbiger ungekränkt / steiff / feste / und unverrückt blei-
ben / und nicht allein Wier / sondern unsere Kind- und Kin-
des Kinder auch sambt Ihren Nachkommen dessen früchte
unauffhörlich genießen mögen. Es sey unser Gnädig-
ster Kurfürst und Herr / ein Gottesfürchtiger / Er sey
ein Gerechter / Er sey ein allerdinges Glückseliger Re-
gent. Und in dem Er solches nun ist / So mache zugleich er
samtslich auch uns Gottfürchtig und fromm / Er mache
zugleich uns gerecht / Er mache uns alles guthen voll. O
der glückseligen Fürstens / der solche Unterthanen hat!

O der glückseligen Unterthanen / die solchen
Fürsten über kommen !



John H. Hough

3

ULB Halle
001 975 277



WDT7



h.3.7.

Vc
4894

Ad
SERENISSIMUM PRINCIPEM,
JOHANNIS
GEO^{GRAPHI}
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVI
FFECTUM
SVPER PAR^{AM}
DIVI JO^{HANNIS}
G^{EOGRAPHI}
PRIMI,

Novi Pri^{ncipi}

AUGUST^{US}

ET SE^{PT}EMB^R



WITTEB. Ex officina JOHANNIS ROTTNERI p[ro]p[ri]etatis. 1656.

